

Olais saltem tantillum seminis sulphurei  
succedit per quod deslagrant, & Spiritus so-  
lutos sales esse paulo post dicetur.

Genuina Vegetabilium Sulphura in Car-  
bonibus delitescunt, separantur cum Alkali-  
bus.

Animalium sulphura vix sunt alia, quàm  
dicta illa Olea cum Spiritibus separata.

Sulphur in metallicis censetur duplex  
Combustibile & Incombustibile.

Combustibile ex genere Acidorum est,  
aut, in sale saltem Acido residet, eoq; super-  
stiteremane in Chas abit.

Incombustibile ardere quidem non au-  
tem absumi statuitur. Suntq; hæc Sulphura  
illa Paraclesi irradiantia &c.

4. Salia fixa ex Vegetabilibus incine-  
ratione potissimum fieri, jam diximus in An-  
tecedentibus. Præexistere etiam Salia quæ-  
dam & Volatilia, ex quorum colliquatione  
antea dicta ac incineratum oritur. Hæc &  
salium doctrina fundamentalis paulo post  
explicabuntur,

Superest adeoq; Mercurius cujus princi-  
pium duplex statuitur, Utile & Inutile. Pri-  
mum dicitur Spiritus quicunq; : Inutile  
pha!egm